

debet dicitur l. 2. ut procedat respectu huius articuli, eo casu, quo loquitur non tantum, sed etiam quando si-  
cus occupat bona tanquam vacantia, nam adhuc te-  
nebitur respondere creditoribus hereditariis, quae  
quidem etiam in proposito d. l. si totam, faciunt, nam  
si verum est, quod si quis succedit ut heres uniuersa-  
lis, et accrescit portio vacans, alias secus, & ita  
materia hae intelligi debet.

Secundo non obstat text. in d. l. si Titio, ff. de vni-  
uersali, vni accrescit portio portioni, tanquam per al-  
lucionem, & sic quod portio, quam habet emtor,  
debet accrescere, nam imo eodem argumento debet  
accrescere venditori, apud quem est portio virtuali-  
ter in pretio, etiam si non sit materialiter.

Tertio minus obest text. in l. hac scriptura, §. final, ff.  
de condit. & demonstrat. vbi portio accrescens non tan-  
tum pertinet ad heredem aduentem, sed etiam ad quem-  
cunque illa portio aduentis peruenit. Igitur ad em-  
torem Nam respondeo, quod ibi nihil aliud dicitur,  
qua quod ius accrescendi transmittitur ad heredes,  
ut in l. si ex pluribus, ff. de suis & legitim. hered. non vero  
dicitur, ad alium quemlibet portionis possessorem per-  
tinere, & sic non probatur ibi ad emtorem pertinere.

Quarto non obest text. in l. Papinianus ff. ad Trebel-  
lian. vbi portio non accrescit heredi restituenti heredi-  
tatem ex Trebelliano sed fideicommissario, cui heredi-  
tatis restituta est, & sic videbatur, quod emtori non  
verum esse, quia emtor non succedit, ut heres ex vo-  
luntate defuncti: qua prouenit ius accrescendi, sed  
66 tex. ibi loquitur in fideicommissario, qui t quodam-  
modo heres est, praecipue, cum ei sit restituenda por-  
tio ex defuncti expressa voluntate, text. est in l. id tem-  
pus, §. in re legata ff. de vscap. & in l. si filius, §. i. ff. quod  
cum eo, &c.

Quinto & finaliter non obest text. in l. 2. §. illud ff. de  
hered. vel alio, vendit. vbi ex eo, quod hereditas pater-  
na & pupillaris non sunt eadem, in eis non habet lo-  
cum ius accrescendi: Ergo si essent eadem, & c. Nam  
respondeo, quod ita etiam in proposito diuersa est por-  
tio, quae accrescit, ab ea, quae vendita est, & eodem ar-  
gumento non debet accrescere emtori, sed ipsi here-  
di; Nam inter succedentes diuerso iure non est locus  
iuri accrescendi, ut supra dixi, & probat text. in l. sed  
cum patrono, in princ. ff. de honor. posses. vnde cum hic, cu-  
ius portio vacat, deberet succedere iure hereditario,  
emtore vero ratione emtionis, & sic diuersimode, nul-  
lo modo dicendum est, quod inter hos habeat locum  
ius accrescendi.

67 Ex quibus omnib. t singulariter infertur, falsam esse  
illam sententiam Bart. in l. qui heredi, §. cum heredi-  
n. 2. ff. de condit. & demonstrat. dicentis, teneri heredem  
vendentem restituere portionem sibi postea accrescen-  
tem emtori hereditatis, cuius opinionem sequitur Se-  
bastian. Sap. in repetit. huius l. numer. 21. & testatur esse  
communiter approbatam Corraf. in l. testamento, n. 40.  
Codic. de impuber. & alias subdit. quo casu & modo pos-  
se saluari opinionem primam communem supradic-  
tam Bartol. existimabat Iaf. in l. 2. in si Cod. de pact. &  
haec doctrina Bart. pro se habet elegans fundamen-  
tum ex text. in l. venditor ex hereditate, versic. at cum he-  
reditas venditur, ff. de heredi. vel alio, vend. vbi probatur,  
quod quando hereditas aliqua venit, id tacite agi in-  
telligitur, ut quicquid heres tanquam heres fecerit,  
teneatur restituere emtori hereditatis eiusdem, tan-  
quam ipse negotiorum gestor.

Verum haec Bartol. sententia quantumcumque; com-  
munis sit, vera non videtur simpliciter & indistincte  
ex omnibus supradictis pro viore & magis comu-  
ni sententia; Nam si, prout conclusum est, verior

& communior sententia est, ut ipsa portio accrescat  
heredi, non vero emtori, verbalis potius esset haec o-  
pinio, quam realis: si postea adquisitam teneretur re-  
stituere portionem. §. Praeterea ultra omnes supra-  
dictos pro hac opinione contra Bartol. ipse induco  
text. optimum in d. l. qui heredi, §. cum hereditas, ff. de  
condit. & demonstrat. vbi probatur, quod datum gra-  
tia conditionis implenda debet adimpleri in persona  
heredis, etiam si heres sit grauatius restituere heredita-  
tem, eo amplius, ut ipse heres minime teneatur id re-  
stituere, etiam si generalem rerum hereditaria resti-  
tutionem alteri facere debeat; Ergo sic in proposito  
dicendum optima ratione esse videtur, quod portio  
accrescens accrescat heredi vendenti, & quod ipse he-  
res ea restituere emtori minime teneatur, imo a for-  
tiori, cum ibi fideicommissarius succedat ex voluntate  
defuncti, & nihilominus heres ei non teneatur illud  
restituere, emtor vero non succedit ex voluntate de-  
functi, sed praeter voluntatem. Praeterea, quia ipse heres  
tantum censetur vendere, quae ipse habet tempore  
contractus, non vero, quae habiturus est postea, ut su-  
pradictum est; Igitur, & ita inuenio, quod hanc opi-  
nionem contra Bart. & communem, scilicet, quod heres  
non teneatur restituere emtori hanc portionem ac-  
crescentem, tenent Rip. in d. l. re conuincti, n. 98. & Io-  
an. Orosc. in d. l. fin. nu. 7. ff. de transact.

Non obstat t text. in d. l. venditor ex hereditate, versic. 68  
at cum hereditas venditur, quatenus ibi probatur, here-  
dem haberi tanquam negotiorum gestorem ipsius E-  
toris, atque proinde quicquid ad eum peruenit ex  
caussa hereditaria, restituere teneri: nam respondeo,  
quod loquitur circa ea, quae in hereditate erant tem-  
pore venditionis, nos vero loquimur in portione, quae  
accrescit de nouo, de qua non est cogitatum in ven-  
ditione, & sic verissima videtur haec opinio contra  
Bart. & communem, eo casu, quo simpliciter vendita  
fuit hereditas.

At vero opinio suprad. Bart. & communis supra 69  
proxima, potest saluari & intelligi & declarari, ut pro-  
cedat, quotiescumque actum fuit, ut hereditas veniret  
cum omni augmento, vel quando aliis verbis equi-  
pollentibus contrahentes vtuntur, nam tunc lex  
contractui data seruanda est iuxta iura vulgaria.

Amplius addit Ioan. Oroscius in d. l. fin. in fi. quod 70  
si emtori mandentur actiones, & equiparatur omnino  
fideicommissario, & sicut ipsi accrescit portio, ut in d.  
l. Papinianus, ita & illi, scilicet emtori accrescat, quae  
noua est ipsius opinio, & hoc modo poterit etiam su-  
perior doctrina Bartol. intelligi & saluari, alias enim  
si venditio simpliciter fieret, supradictis non actis,  
aut dicendum est, doctrinam Bartol. non esse hoc casu  
veram, aut limitandum fore hoc casu, & ita intelli-  
genda est haec materia, & cum his solemnibus, haec, bre-  
uis tamen repetitio expedita est ad laudem omnipo-  
tentis DEI eiusque sacratissime matris Virginis Ma-  
riae.

SVMMARIA.

- 1 Puberes in iure dicuntur masculi post completum 14.  
annum, femina vero post 12.
- 2 Rationes differentia inter mares & feminas in puber-  
tate instianda.
- 3 Differentia nulla est inter mares & feminas in aetate vi-  
rili & maiori, quia utriusque post 15. annum egrediuntur  
aetatem minorem, & ingrediuntur maiorem.
- 4 Aetas ad matrimonium requisita.
- 5 Malitia supplet aetatem quo ad matrimonium de pra-  
senti, & sponsalia de futuro.
- 6 Malitia an suppleat aetatem ad matrimonium spiri-  
tuale contrahendum?

- 7 Aetas hodie per Sacrum Concilium Tridentinum requi-  
sita ad professionem religionis.
- 8 Sacramenta puberum super contractibus rerum suarum  
non retractandis, custodiri debent.
- 9 Intellectus l. 1. & huius authent. Sacramenta pube-  
rum C. si aduers. vendit. & num. seqq.
- 10 Intellectus communis Martini ad dicta iura.
- 11 Quod nullum est rescindi non potest.
- 12 Pubes habens curatorem aequiparatur impuberi.
- 13 Intellectus huius text. in verb. non retractandis.
- 14 Intellectus l. non dubium, C. de legib.
- 14 Iuramentum quod potest seruari absq. interitu salutis  
aeternae, seruari praecipitur iure Canonico, & seruandum  
est etiam in foro civili seculari.
- 15 Heredes iurantibus non sunt periri licet contraveniant  
actis vel contractui iurato per defunctum, tenentur ta-  
men obseruare praedictum contractum iuratum, & nu-  
meris seqq.
- 16 Heredes iurantibus non poterunt conueniri ad implemen-  
tum contractus seu pacti iurati in foro Episcopi.
- 17 Heres iurantis civiliter ad poenam potest accusari, si non  
obseruat id, quod defunctus iurauit, non vero potest  
criminaliter accusari de periuicio ex iuramento de-  
functi.
- 17 Pluribus de populo vel collegio iurantibus aliquid ad-  
implere, licet nullus illorum viuat, successores obligan-  
tur ad obseruandum contractum iuratum.
- 18 Populus idem reputatur nunc, qui abhinc centum vel  
mille annis fuit.
- 19 Iuramentum representat Rempubicam maiorem, ut  
non restituatur.
- 20 Relaxatio vel absolutio iuramenti ad effectum agendi  
& excipiendi, non operatur rescissionem contractus, sed  
ipse firmus remanet.
- 21 Hoc fallit, quando contractus omnino est nullus & iura-  
mentum non firmatur, sed iurans compellitur tantum iura-  
mentum seruare.
- 22 Secundo fallit, quando absolutio vel relaxatio iuramen-  
ti non solum conceditur ad effectum agendi & exci-  
piendi, sed etiam ad rescissionem contractus & obliga-  
tionis.
- 23 Alienatio seu venditio rerum immobilium puberum  
facta cura curatorum licentiam & sine decreto preto-  
ris, firmatur iuramento.
- 24 Iuramentum in casu huius authent. Sacramentum pu-  
berum, quod tantum sit seruandum, non vero firmet  
contractum secundum opinionem singularem Christo-  
phori Portii.
- 25 Iura correctiua debent interpretari & intelligi ut laedant  
minus quam possint ius commune.
- 26 Iuramentum sortitur naturam contractus, super quo  
interponitur.
- 26 Effectus nonnulli ex praedicta opinione Portii.
- 27 Iuramentum confirmare actum vel contractum, super  
quo interponitur, contra opinio. Portii.
- 28 Iuramento confirmatur contractus nullus.
- 29 Iuramentum confirmare contractum iure Regio.
- 30 Effectus opinionis Portii suprad. falsos esse.
- 31 Iuramentum tantum validat contractum, eo casu, quo  
erat nullus ratione aetatis, secus si contractus  
fuisse inualidus alia ratione, quam minoris aet-  
tis.
- 32 Cautela, ut iuramentum utrumq. comprehendat.
- 33 Iuramentum filiofamilias non firmat ipsius alienatio-  
nem in praedictum usufructus patris pertinentis.
- 34 Iuramentum non confirmat concessionem feudi factam  
per minorem non adhibentem pares curia.
- 35 Iuramentum an confirmet contractum minoris, quando  
prohibito legis vel statuti dirigitur in persona minoris.

- 36 Mirandum non est, quod Doctor vel aduocatus muta-  
to consilio, aliud iudicium vel consilium diuersum ab  
eo, quod prius dederat in causa sibi commissa vel  
consulta, dederit, & nu. seqq.
- 37 Iudici licet mutare & reuocare quod prius interloquen-  
do protulit.
- 38 Statutum emanans per viam praecipi fauore persona cui  
fit praecipitum, censetur potius habere vim consilii  
quam praecipi, & hoc casu transgressio praecipi non o-  
bligat ad poenam.
- 39 Iuramentum mulieris nuptae, an firmet contractum ipsius  
factum sine licentia viri & num. seqq.
- 40 Iuramentum confirmat contractum mulieris factum  
sine solemnitate statuti, requirentis praesentiam con-  
sanguineorum ad contrahendum.
- 41 L. Reg. tit. 3. lib. 5. noua Recop. quod procedat, etiam  
interueniente iuramento mulieris.
- 42 Maritus, constante matrimonio, est dominus dotis, &  
in praedictum ipsius maritus iuramentum mulieris ab-  
sque licentia viri nihil valet, nec est seruandum.
- 43 Iuramentum confirmat contractum persona prohibita  
contrahere in respectibus tantum dammum &  
praedictum iurantis, secus vero in praedictum alie-  
rius.
- 44 L. 50. Tauri, qua hodie est lex. 2. tit. 2. lib. 5. noua  
Recopilat. Regia, an possit renuntiari cum iuramen-  
to.
- 45 Iuramentum an possit per legem vel statutum indirecte  
& per circumstium tolli, inducendo prius simulationem  
& dolum.
- 46 Iuramentum an possit directo tolli per legem vel statu-  
tum.
- 47 Intellectus c. 78. de Valladolid. ann. 1555. quod hodie est  
illius l. 22. tit. 11. lib. 5. Noua Recop. Reg. & nu. seqq.
- 48 Iuramentum an confirmet contractus factos in 2. casu  
ut soluantur tempore, quo quis uxorem ducat, vel he-  
reditatem consequatur.
- 49 Filius, qui habet peculium castrense, vel quasi, poterit  
contrahere, non obstante d. l. 22.
- 50 Macedonianum Senatusconsultum cessat, quotiescumq.  
filiusfamil. habet peculium castrense vsq. ad quantita-  
tem peculii.
- 51 Idem esse, si pater & filius contrahant super peculio ad-  
uentitio in casibus exceptis, in quibus patri non acqui-  
ritur usufructus.
- 52 Lucra quadam, qua quasi castrensa per l. 7. tit. 17. part.  
4. declarantur.
- 53 Filiusfamil. an possit libere disponere de praedictis lu-  
cris.
- 54 Quasi castrensa dicuntur, qua acquirunt filiofamilias  
aduocati in suo officio aduocationis, & non acquiruntur  
patribus ipsorum, sed sunt sua propria, & possunt de  
eis disponere in vita.
- 55 Filiusfamil. qui tempore contractus interrogatus, an ha-  
beat patrem vel curatorem, & c. hoc negauit contra  
veritatem, tenetur adimplere contractum a se factum  
propter suum mendacium.
- 56 Minor, qui gratia decipiendi aduersarium, ut cum eo  
contraheret, dixit se esse maiorem, non debet restitui,  
licet laedatur ex illo contractu & probet se minorem,  
& hoc limitatur vno modo, num. 57.
- 58 Secunda limitatio est respectu eorum, quae ut maior pos-  
set opponere.
- 59 Iuramentum an confirmet contractum pupilli pro-  
ximi pubertati, qui etiam tempore, quo contrahit,  
iurauit se esse puberem, dolo, ut secum contrahere-  
tur.
- 60 Conuentus rei vendicatione negas se possidere, si conuin-  
catur de mendacio, transferatur possessio in actorem.



per iudicem ex solo mendacio, licet actor suam esse non probauerit.

61 Dolus negantis requiritur ad hoc, ut conuentus rei vendicatione, negans se possidere, & conuictus de mendacio condemnatur in amissione praedicta possess. hoc est, quod sciat se possidere.

62 Dolus requiritur ad hoc, ut quis puniatur de falso vel periuo.

63 Doli allegatio in accusatione sufficit ad supra proxime dicta, quia probato delicto presumitur dolus.

64 Dolus requiritur in negante se habere patrem vel curatorem, ut teneatur ex suo mendacio, & sufficit doli allegatio.

65 Accusatus de delicto, negans se illud commisisse, si conuincatur de mendacio, an possit ullam defensionem opponere? & num. segg.

66 L. si non feruatur, nisi earum usu probato, & idem est in legibus styli.

67 Qualiter, qua inest in lege declarata & relata, inesse debet in declarante & referente.

68 L. 100. styli an feruatur Placentia?

69 Reus, qui negauit delictum, quod postea probatur aduersus eum, bene admittitur ad probandum, fuisse factum ad sui defensionem, & si id probauerint, absoluerunt, vel saltem extraxerunt aliqua poena plebetur.

70 Negans se possidere, si reuocet suam confessionem, an priuari debeat possessione conuictus de mendacio?

71 Filius si tempore, quo secum contrahitur, se mentitus est patrem suam datur contra eum in solidum actio.

72 Scholari mutans vel vendens aliquid contra voluntatem patris vel eius, qui illum alit in studio, non potest id repetere a praedictis personis.

73 Mutans scholari, potest de iure communi id a patre repetere.

74 L. 4. tit. 7. lib. 1. noua Recopil. & leg. 22. tit. 11. lib. noua Recopil. declarantur.

75 Mutantes filios studentibus contra voluntatem patris, possunt ab eo repetere expensas pro ea parte, quam pater cum filiis esset domi expensurus.

76 Licitum est sumere argumentum a legibus abrogatis, si tamen ipsa illa inserta sint in corpore iuris.

77 Lex noua generaliter loquens, non corrigit casus speciales antiquae, imo a. l. noua determinatur & declaratur per l. antiquam.

78 L. 4. tit. 7. lib. 1. ordin noui, an hodie sit correcta?

79 D. l. 4. limitatur, si clarissime constiterit, quod pater non prouidebat filio scholari de alimentis necessariis, in studio, & c.

80 Casus in practica contingens circa supra dictam l. 4. Regiam.

81 D. l. 4. loquitur tantum, quando illud, quod mutuatur creditur scholari, est super suum & n. segg.

82 Responso in iure debet intelligi iuxta interrogationem.

83 Aequitas l. si me & Titium, cum similibus, ff. si cert. per.

84 Filiusfamil. cum bona conscientia potest opponere exceptionem Macedoniani.

85 Id fallit, quando pecunia mutua fuit conuersa in utilitatem filiusfamil. talem, ad qualem pater tenebatur.

86 Quando lex civilis fauet lucro in odium tertij, & conueniet quendam rigorem, non est seruanda in foro canonico.

87 Minor iurans simpliciter non contrauenire contractui, si decipiatur in praed. contractu iurato ultra dimidiam iusti pretij, minime censetur exclusus ab illo remedio propter dictum iuramentum.

88 Filius vel filia, qui renuntiauit cum iuramento futurae successioni paterna, vel materna aliquo pretio sibi dato vel promisso, si fuerit deceptus ultra dimidiam iusti

pretij, potest agere remedio leg. 2. Codic. de rescind. vendit.

88 Cautela ut iuramentum hunc quoque casum & alios comprehendat.

89 Intellectus ad l. 56. ad fin. tit. 5. par. 5.

90 Concordia inter hanc authent. sacramenta puberum, & d. l. 2. C. de rescind. vend.

91 D. l. 56. par. 1. intelligitur.

92 Enormissima laesio nunquam comprehenditur nec censetur exclusiua per iuramentum, quacunque forma praestitur.

93 Laesio contingens simul cum metu reuerentiali, operatur contra actus rescissionem, licet iuramentum conuentioni accesserit.

94 Metus reuerentialis solus non est sufficiens ad rescissionem contractus iurati.

95 Absolutio vel relaxatio iuramenti, an sit necessario petenda, quando est enormissima laesio, nec incurrat periuo? & nu. segg.

96 Iuramentum non obligat, quando adest dolus in contractus iurato, sed est nullius momenti.

97 Enormissima laesio, ut per iuramentum excludatur, primum remedium, licet non tutum.

98 Enormissima laesio ut per iuramentum excludatur, secundum remedium, licet non tutum, & in numero sequenti.

99 Velletianum cessat, muliere bis pro vna eademque persona intercedente.

100 Enormissima laesio ut excludatur per iuramentum, tertium remedium.

101 Clausula generalis, quod plurius est, contrahentem donare propter multa benemerita, & c. non est sufficiens ad excludendam laesionem enormissimam.

102 Clausula consueti apponi in instrumentis, censetur apposte ex voluntate contrahentium.

103 Minor 25. annorum habens curatorem, sine eius auctoritate contrahens & iurans contractum, remanet obligatus, & contractus validatur iuramento.

104 Minor curatorem habens equiparatur pupillo, & quomodo hinc intelligatur.

105 Argum. a simili data dissimilitudine perit.

106 Minor, curatoris habens non potest deferre alteri iuramentum, & nu. segg.

107 Iuramentum, de quo in hoc tex., differt a iuramento, quod minor alteri deferret.

108 Adultus non habens curatorem potest deferre alteri iuramentum.

109 Iurans non potest relaxacionem iuramenti, poterit eam petere, si eam quoque petat ab hoc secundo iuramento.

110 Iurans relaxacionem iuramenti non petere cum sola relaxacione a iuramento principali super obligatione, non poterit agere aduersus contractum absque periuo.

111 Citatio partis aduersae an requiratur ad relaxacionem vel absolutionem iuramenti concedendam? & numeris segg.

112 Praiudicium an versetur alteri parti, quando petitur relaxatio a iuramento.

113 Certiorari an debeat de beneficio restitutionis sibi competenti minor, iurans contractum, ut excludatur ab eo? & nu. segg.

114 Iuramentum super facto extenditur ad omne eius resultans ex illo facto.

115 Leges Regiae ponderantur.

116 Adultus sufficit si iuret contractum hoc modo, quia sum minor 25. ann. maior autem 14. iuro me non contraueniurum contractui.

117 Iurare an possint impuberes doli capaces, ut in eis habeat locum tex. in hac authentica sacramenta puberum

118 Iuramentum confirmat quasi contractus puberum, & sic donationem & stipulationum.

119 Confirmat etiam fideiussionem.

120 Donationem a puberibus non possunt nec cum decreto celebrari, nisi certis quibusdam casibus.

121 Donatio minoris ad hoc, ut silentio temporis roboretur, requiritur decennium silentij super legitima aetate 25. annorum, licet alienatio onerosa roboretur per quinquennium.

122 Transactio minoris iuramento ipsius confirmatur, etiam super re immobili sine auctoritate curatoris.

123 Lex correctoria exorbitans & penaliter, ex identitate rationis extenditur fauore aetate.

124 Compromissum factum a minore sine curatoris auctoritate & etiam absque decreto pratoris, valet si iuratum sit.

125 Transactio super re, quae potest alienari sine decreto, valet cum tutoris auctoritate.

126 Minor laesus ex compromisso valido absque decreto & iuramento, potest restitui.

127 Text. in hac authentica sacramenta puberum, procedit etiam in iudiciis.

128 An procedat etiam in muliere litigante in iudicio per procuratorem cum iuramento constitutum: remissionem.

129 Limitatur text. in l. clarum, Codic. de auctor. praesland. quotiescunque minor promisit & iurauit se non contrauenturum iudicio, nec sententia ferenda, nec alicui actui iudiciali ratione minoris aetatis, neque alia quacunque ratione.

130 Text. in hac authentica sacramenta puberum, an procedat tantum, quotiescunque minor iurauit specialiter super aliquo actu iudiciali, vel etiam si iurauit in principio iudicij generaliter de seruando totum iudicium.

131 Iuramentum generale minoris, quo affirmat se nunquam contrauenturum alicui contractui quem fecerit, an valet?

132 Minor, qui in iudicio confessus est delictum, quando de eo non constat per probationem aliam, quam per suam confessionem, eo ipso censetur laesus & poterit restitui in integrum, non constitio aliter de laesione.

133 An hoc procedat, quando minor iurauit suam confessionem?

134 Text. in hac authentica sacramenta puberum, procedit, quoties praestitum est iuramentum de futuro, & sic de non contraueniendo, secus tamen est, quando praestitum est iuramentum de praeterito vel de praesenti.

135 Text. in hac authentica sacramenta puberum, procedit & loquitur in civilibus, secus vero est in criminalibus in concessione minoris iurata.

136 Remissio iniuria facta cum iuramento a minore sine licentia & auctoritate sui curatoris, bene valet, & numeris segg.

137 Actio semel extincta amplius non reuiuiscit.

138 Remissiones [ hoc est perdones vulgo dictae ] in causis criminalibus non debere nec posse esse conditionales, & quomodo hoc intelligatur?

139 Restitutio nulli persona conceditur ad accusandum vel crimina obiciendum.

140 Iuramentum syndici ciuitatis constituti, ad contrauendum cum iuramento, excludit restitutionem, quae alias competeret ciuitati & vniuersitati, licet ciuitas contraueniendo non sit peritura, quia non habet animam.

141 Respublica & minor equiparantur.

142 Ecclesia tamen bene restituitur aduersus contractum sui procuratoris iuratum, nomine & mandato Ecclesiae celebratum.

142 An idem sit, quando Praetor Ecclesiae contrahit.

143 Adulti contractus iuramento confirmatur, licet iudex interdixerit adulto ne contrahat.

144 Fidei praestatio an firmet contractum gestum per adultum, sicut iuramentum? & nu. 145.

145 Homagium an confirmet contractum sicut iuramentum, & nu. segg.

146 Homagium est quaedam promissio simplex inter generosos.

147 Intelligitur l. 16. tit. 11. par. 3.

148 Homagium an confirmet contractum, distinctio auctoritatis?

149 Quid sibi velint verba illa apposta per Regem in titulo de las mercedes de las escrivanas, que los tales escrivanos no pueden hazer escrituras, en que se obliguen las partes a buena fe, y sin mil enganos?

150 Agitur de l. 11. tit. 1. lib. 4. noui ordin. Reg. recop.

151 Ratio praedicta l. Regia.

152 Dicit l. Reg. an iuste potuerit condit?

153 Dicit l. Regia merito per Christianissimos Reges Ferdinandum & Elisabelem eius coniugem fuisse reuocatum & de nouo stabilitam, alijs tamen rationibus.

154 Lex vel dispositio qualibet, quando vnicuique ratione fundari potest, illa ratio habetur pro expressa.

155 Lilla Regia non loquitur nec habet locum in contractibus, quibus ad firmitatem & validitatem ipsorum contractuum requiritur iuramentum, ut in contractibus puberum.

156 Lilla Reg. non procedit in redditibus Ecclesiarum, & monasteriorum, & pralatorum, & clericorum.

157 Lilla Regia excipit alios casus, in quibus potest apponi iuramentum.

158 Iuramentum apponi posse in scriptura publica testamenti, quoties est necessarium iuramentum, ut dicta in eo valeant in vim contractus.

159 Iudex secularis potest adiri, ut compellat illum, cui iuratum est, ut iuramentum relaxet, quando fuit appositum contra l. prohibentem apponi.

160 Contrahentes, qui iurauerunt scripturam contra prohibitionem legum Regiarum, ut liberentur a poena illarum, qua cautela adhiberi possit.

161 Tabellio non incurrit in poenam illarum legum ex receptione sola iuramenti, sed ex signo a se facto super illo iuramento.

162 Cautela an sit aliqua creditori, cui iuratum est in scriptura contra prohibitionem d. l. Regia, ut ea non obstante habeat & consequatur executionem ipsius scripturae?

163 Creditor non prohibetur debitum petere via ordinaria, probando debitum testibus, quando scriptura iurata exsequi non potest.

164 Declaratur l. 1. tit. 17. libr. 8. noui Recop. & numero sequenti.

165 Dicit l. Reg. an procedat in peierante se in lite.

Authentica Sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem.

Pures sunt in iure casus, in quibus iuramentum confirmat, robur viresque praestat actui vel contractui, alias de se inualidis, quorum materiam ipse latioribus alijs commentariis annuente DEO, prosequi intendo. Sed inter eos, duos potissimos declarabo in praesenti quorum praecipuus est text. in authentica Sacramenta puberum, Codice. si aduersus vendit. alius in capit. Quamuis pactum, de pact. in 6. de quo infra separatim dicemus: & horum duorum casuum materiam ideo eligimus, quia frequentior est in practica, in iudicijs, & extra. Ideo inuocato diuino auxilio, ag-